[Vinzenz Staufer]: Catalogus codicum manu scriptorum, qui in bibliotheca monasterii Mellicensis O.S.B. servantur I

Melk, 1889 Seite 242

Quelle:
Copyright:

clericulis etc. Liber iste, cujus titulus. Explic.: *Clericulus est diminutivum a clerus.* Pars prima incip.: *Scribere clericulis paro doctrinale novellis.* Explic.: *Verborumque data sit declinatio quarta.* Glossa incip.: *In scriptis dare.* Explic.: *Conjugatio.* f. 120. (rubr.) *Explicit prima pars doctrinalis magistri Alexandri anno 1466 in die s. Alexii confessoris.* Sequitur modo secunda pars ejusdem de regimine partium. Proemium secundae partis incip.: *Hic incipit VIII. capitulum.* Explic.: *Qui possidet hominem.* Opus incip.: *Hic jubet ordo libri.* Explic.: *Quos ego cerno.* f. 168. (rubr.) *Explicit secunda pars doctrinalis m. Alexandri anno ut supra tertia a s. Alexii die, 19. die mensis Julii.* Sequitur tertia pars ejusdem. Proemium hujus partis incip.: *Pandere proposui. Hic incipit X. capitulum.* Explic.: *Abusive dicimus silbam.* Opus incip.: *Pandere proposui per versus.* Explic.: *In idem credo deitatis.* f. 270. (rubr.) *Explicit totum doctrinale Magistri Alexandri de Villa iudei* (hoc vocabulum atramento) *anno domini 1466, feria 2. post Jacobi Apostoli, que fuit dies 28. mensis Julii scriptum per me Wolfgangum de Stira.*

Johannes de Weilheim, Mellicensis, in codic. Nr. 66 notat: »Item primum anno domini 1466 didici, quod magister Alexander auctor doctrinalis artis grammaticae fuerit monachus s. Benedicti, quem librum utilissimum dictavit anno domini 1200. In codice chartaceo D. 3 eundem doctrinalis commentarium idem dicitur composuisse anno 1222 et in cod. D. 9 anno 1211.«

3. f. 270—271. De verbis impersonalibus. Incip.: *Notandum, quod a quolibet verbo.* Explic.: *Non querit, que sua sunt.*

4. f. 272—309. Joannis Newpeck de Wilhelmspurk Libellus de verbis inusitatioribus et difficilioribus, qui cornutus graphus inscribitur, cum glossa et proemio. Proemium incip.: *Qui virtutes vocabulorum sunt ignari.* Explic.: *Quam Grecorum expositio.* Opus incip.: *Cespitat in faleriis.* Explic.: *In ore.* Glossa explic.: *Sit in eternum benedictus.*

Floruit hic Joannes anno 1464 fuitque clericus et scholasticus, cui Petrus, abbas Campiliensis, anno 1468 titulum mensae indulsit.

5. f. 309—311. Tractatus de gerundiis. Incip.: *Circa materiam de gerundiis.* Explic.: *De utrisque facile est exemplicare.*

6. f. 311—318. Ex regulis grammaticalibus brevioribus magistri Leonardi de Valle Brixinensi. Incip.: *Prima vera grammaticalis. Adiectivum.* Explic.: *Per voces confundis materiales.*

7. f. 318—319. Leonardi de Valle Brixinensi, magistri, Quaestio de hoc, an debeat dici cerusa mea producta. Incip.: *Circa veram, quam potest.* Explic.: *Et me usque hodie seduxerunt.*

8. De formatione participiorum. Incip.: *Notandum, quod de participiorum.* Explic.: *Addita rus fit futurus.*

9. f. 320—341. Tractatus de verbis compositis. Incip.: *Am, si preponas, puto.* Explic.: *Debes sociare.* In fine: *Expliciunt composita verborum anno 1466 in die Clare.*

10. Inest praeterea una scheda, continens, an verbum »saul« habeat unam an duas syllabas. Incip.: *Pro deductione, quod »saul« sit solum monosillbum.* Explic.: *Sed hec dicta sufficiant ad presens.*